

Beiheft

S. 74

1313 März 4 [ipso die s. Adriani mart.]

[52]

Die Schöffen u. Gemeinheit der Stadt Breden bekunden, daß in dem Streite mit der Äbtissin des Stifts Breden Sophia de Puzke (? lies Puzlke) die beiderseits zu dessen gütlicher Beilegung gewählten Schiedsrichter: der fr. Geronius Guardian u. der fr. Albertus Schefen aus dem Minoritenkonvent in Münster, Theodericus de Heringen, Propst des alten Doms, u. Theodericus de Hasmann, Kanoniker u. Cellerar am neuen Dom in Münster, folgendes festgesetzt haben: quod videlicet de coetero nullos homines ipsius abbatissae sine eius consensu expresso recipere debemus in nostros cooppidanos et ad ius cooppidanitatis. Recepti vero ab antiquo ita nostri manebunt cooppidani et fruuntur iure cooppidanitatis, ut nihilominus abbatissa sine aliqua difficultate possit uti suo et ecclesiae pleno iure in sic ab antiquo receptis, quo utitur in caeteris suis hominibus, ita tamen, quod eos exactionare non debet. A tempore autem et inter tempus motae dictae discordiae receptos a nostra cooppidanitate prorsus absolvemus et dimittemus nec eos nec alios quomodolibet resumendo. In piscaria quoque, dicta Mollenmersche, pacifice dicta domina abbatissa et quaelibet alia et pro tempore succedens utetur piscandi iure iuxta datam sibi per nos et antecessores nostros super hoc separatim continentiam litterarum, quas per praesentes revocatas esse nolumus vel mutatas. Praeterea curia ipsius abbatissae dicta Vehoff, sita in nostro oppido, eiusque inquilinus esse debet et perpetuo manebit ab omni iure, onere et servitio nostri oppidi prorsus liber et solutus, nisi forte ipse inquilinus noster velit effici et existere cooppidanus. Tunc quidem ipse sicut coeteri nostri cooppidani esse debet ad consueta iura, onera et servitia obligatus. Si quod etiam quaestionis inter praefatam dominam abbatissam ex una et inter aliquem seu aliquos ex nostris vel nostris cooppidanis ex parte alia amodo subortum fuerit, eadem abbatissa super hoc partem adversam primo debet convenire coram scabinis, qui si in exhibenda iis iustitia negligentibus fuerint vel remissi, deinde super hoc recurrat ad examen secularis iudicis Vredensis; ubi si

justitiam consequi non possit, extunc pro obtentu iustitiae libere adeat quemcunque alium extraneum iudicem competentem. Et si nos vel ex nobis vel nostris oppidanis aliquis quaestionem habuerit cum aliquo de familia ipsius abbatissae, ille ubicunque existens, dummodo de eius familia sit, conveniendus erit ante omnia coram ipsa, quod si conqueratur non fecisse iustitiam exhiberi, extunc idem conquerens propter hoc libere adire valeat forum iudicii saecularis. Diesen Vergleich nehmen die Schöffen an u. besiegeln ihn mit dem Stadtsiegel; desgleichen siegelt der Bischof Ludwig von Münster, quod abbatissa et scabini predicti coram nobis constituti recognoverunt premissa taliter vere acta et debere servari.

2 Kopien des 18. Jhdts., auf Papier, von denen eine notariell besaufhabet.